



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**


### **Oratio De Circvncisione Domini**

**Billick, Eberhard**

**Coloniae, 1552**

**VD16 B 5484**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31433**





~~724/5~~

J 372.







ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN



ORATIO  
DE CIRCVCN=  
CISIONE DOMINI. HABITA  
IN CONCILIO TRIDENTINO,  
Anno Domini M. D. LII. Per F. E. B.  
Theologum Coloniẽn. Fratrum Car=  
melitarum inferioris Germaniæ  
Prouincialem.

COLONIAE

*Cum Gratia & Priuilegio, apud  
Iasparem Gennepæum*

Anno partæ salutis  
M. D. LII.



ORATIO

DE CIRCV

CISIONE DOMINI HABITA

IN CONCILIO TRIDENTINO

ANNO DOMINI M. D. LXXV. E. P.

THEOLOGVS GREGORIVS PAVLVS

AVGVSTINVS

COLONIAE

IN AEDIBVS

LIBRARIVM

ANNO DOMINI

M. D. LXXV.

APRILIS

VI. IDVS

APRILIS

VI. IDVS

APRILIS

VI. IDVS

APRILIS

VI. IDVS

APRILIS

VI. IDVS



# ORATIO DE CIRCUNCISIONE

*Domini, habita in Concilio Tridentino, Anno Do-  
mini. 1552. per F. E. B. Theologum Colonien.*

*Fratrum Carmelitarum inferioris Ger-  
maniae Prouincialem.*



Si existimarem Patres Reuerendissi-  
mi, persuasum uobis iam esse, me non  
temere aut ultro hunc dicendi locum  
occupasse, sed illorū potius iussu atq;  
imperio quibus refragari nō licet, eaq;  
de causa, si non expectationi uestræ sa-  
tisfacio, si non pro amplissimi huius confessus dignita-  
te, aut rerū dicendarū maiestate fuero munus istud exe-  
quutus, uos facilem duros ueniam, benigneq; & hu-  
maniter, quodcunq; acciderit luros, nullus profecto  
mihi nunc adesset animus, nullaq; prosequendi mune-  
ris capti fiducia: Præsertim cum non ignorem, & quan-  
ti Sacrosanctum hunc cætum uestrū, eorū, nimirū, quos  
Deus, q̄ omnia prudentissime, sed præcipue Ecclesiam su-  
am moderatur & gubernat, eidem regendæ præfecit, &  
Apostolis potestate æquauit, lucemq; insuper huius mū-  
di & terræ salem non dubitauit appellare, tantillus ego  
facere atq; æstimare debeam: & quod illa sit rerum quas  
hodie nobis Ecclesia recolendas atq; adorandas propo-  
nit, magnitudo, quæ ab ingenio humano nō capiatur,  
illa profunditas, quæ inuestigari, nisi Spiritu sancto do-  
cente, nequeat: illa sublimitas, quæ cælum attingat: illa  
deniq; imperscrutabilis subtilitas, q̄ nō Philosophiæ mo-  
do naturalis fugiat indaginē, uerū etiā a Spiritualibus hu-  
ius aeris nequicijs nequeat deprehēdi. Quāuis in oculis

A ñ huius



ORATIO HABITA IN CON-

huius carnis & cogitatione eorū qui terrena sapiūt, res  
 eadem tales ac tantæ non appareant, sed parua potius,  
 humiles, ignobiles ac contemptæ: Siquidem proponi-  
 tur nobis paruulus dierum octo, infans, imbecillus, na-  
 tus in humili tugurio, pannis inuolutus, in animalium  
 præsepio cubās, hodie ritu Iudaico circumcissus, In quo  
 mortalis oculus, quid suspicaretur arcani, diuini aut ad-  
 miratione dignū contueri: Tractabant enim paruulum  
 hunc manibus suis eius circūcissores, perinde atq; paru-  
 los alios, cultro petrino refecabant præputiolum, sangui-  
 nem profluentem abstergebant, manu medica curabant  
 uulnus, nec uidebant quidq̄ præterea accidere, unde in-  
 cogitationem de eo altiore adducerentur. Quanq̄ re-  
 uera erant omnia hæc diuinis iisdemq; incōprehensibili-  
 bus mysteriis plena, ac digna quæ mirarentur, cœlū, ter-  
 ra & omnis creatura, quæq; attonitos redderent nō ho-  
 mines modo, uerū etiam sublimes illos beatorū spirituū  
 choros, Angelos, Archangelos, Cherubim & Seraphim.  
 Quis enim uel hoīm uel Angelorū non uehemēter ad-  
 miraret, quod tātus ille, immensus & æternus rex oīm  
 fabricator, quē neq; ingēs orbis huius machina, neq; spa-  
 ciosissima illa cœli uolumina capere sufficiunt, exiguo  
 corpusculo se totū inclusit? Quis nō obstupescat quod  
 qui hominē mortalem formauerat, uoluit tandē & ipse  
 fieri homo, cōmunemq; cū factura sua subire uitæ socie-  
 etatē? Quod humilis de parente nascitur humili, cuius  
 maiestātē Angeli adorāt, p̄timescunt inferi? Quod paup̄  
 & uelut rex omnium indigus uenit in hanc lucē, q̄ solus  
 est diues, cuius sunt munera quicquid uspiam habere ui-  
 demur? Quod ille cui obsequitur, cui seruat excubias  
 uniuersa

Lucæ. 2<sup>m</sup>

2 Par. 6

Lucæ 2

Psal. 96

Hebr. 1

4. Reg. 6



## CILIO TRIDENTINO.

uniuerſa cæli militia, diuerſorio exclusus naſcitur inter  
 armenta, in ſtabulo ſordido, & non in cõſpicio aliquo  
 thoro, regio cultu fulgente: Quod pãnis uilibus inuol-  
 uitur & ligatur, ille fortis, ille robuſtus gygas, qui Dia- P ſalm. 18  
 bolum mûdi tyrannũ, om̄esq; aereas poteſtates uenerat Coll. 2  
 expugnare: Quod ille cui cœlũ uice throni eſt, cuius ſca-  
 bellũ eſt terra, quẽ regnare in domo Iacob & in ſolio Da Eſaiæ 66  
 uid ſedere oportuit, iacet in p̄ſepio animalium: Et ubi hic Danie. 7.  
 eſt cernere p̄phetarũ illa de Chriſto uaticinia: Et quod Luçæ 2  
 ita demũ, ne qd ad cumulũ miſeriarũ deeſſet, circũcidit, P ſal. 138  
 mutilat in carne tenella, & ſanguinẽ fundit innoxium,  
 quaſi pctõr ſit & immũdus, q uen iebat tollere pctã mun Iohan. 1  
 di, q de Spũ ſancto cõceptus & natus erat, nullius inqna-  
 m̄ti uel reus uel capax: Quorũ p̄fecto nihil fortuito caſ-  
 ſu aut fato aliq̄ accidiffe, ſed Dei ſolius p̄uidẽtia inſallibi-  
 li, nemo niſi q ois religionis p̄ſus ſit expers, nõ fateat. De  
 us em̄ q p̄uidẽtia ſua admirabili gubernat oĩa, ſine quo Sapi. 6  
 nec capillº de capite, nec foliũ cadit ab arbore, cuſtos Isra Matth. 10  
 elis, q nõ dormitat nec dormitabit, cũ in cunctis operi P ſal. 120  
 bus ſuis uigilantiſſimus ſit & ſapientiſſimus, in incarna-  
 tiõis Chriſti filij ſui ope, uifus eſt recõditos illos ſapiẽtiæ  
 & bonitatis ſuæ theſauros ſemel oẽs effudiſſe, oẽs mũdo  
 oñdiſſe: Nuſq̄ em̄ maior apparuit eiº bonitas, nuſq̄ tã ad-  
 mirabilis eius ſapientia. Quod dũ tacitus mecũ reuoluo  
 ac contẽplor, mens admiratiõẽ liquitur, ſtupet ac riget,  
 ut nõ iniuria munus ſuſceptum Patres Reuerendiſſimi  
 exhorreſcã. Quis em̄ cõfidat conſiliũ Dei & rex iſtarum Roma 11  
 arcana, ſuo aſſequi ingenio, ſuiſq; ea uerbis explicare? Eſaiæ. 40

Quappter auxilio nõ q̄licunq; ſed diuini numinis af-  
 flatu mihi opº eſſe p̄be intelligẽs, illũ ipſum cẽſui adẽdũ

A iij Puerum,



ORATIO HABITA IN CON

Puerū, quem circūcisionē in carne sua sacrosancta p̄tuo-  
 lisse, miramur, & illā in quam nemo frustra suspexerit tā-  
 torū mysteriorū parentem, q̄ omnia hæc diuinitus edo-  
 cta erat, quæq; ut eadem & nobis aperiant, potest ab ipso  
 quē genuit lactauit, & fouit impetrare, consulendā: Quā-  
 idcirco cōsiliū est, nō humanis, sed angelicis salutare atq;  
 interpellare uerbis. Ad illā siquidē ut meminimus saluta-  
 tionē, & Spiritus sanctus de cœlo lapsus uirginē hāc com-  
 plexus est, numineq; suo obumbravit atq; impleuit, &  
 uerbum illud æterni Patris in eiusdē ibi ut incarnaref,  
 se demisit uterum. Si fuit autem tanta salutationis illi-  
 us uis, quid ni speremus & nos, Spiritus illius & Verbi  
 diuini saltem igniculum ac sensum aliquem (uoce pro-  
 lata) in corda mentesq; nostras illapsū iri? Hoc igitur  
 dū ago Patres Reuerendissimi, uos me uoce p̄eunte mē-  
 te sequi, taciteq; mecum precari ac dicere ne grauemini.

*Circumcise puer nobis mysteria pande*

*Cur fluat innocui sanguinis unda tibi?*

*Et cur non meritam tua dent præputia pœnam?*

*Si tamen hanc ratio cur paterere fuit.*

*Tu quoq; consilij cœlestis conscia uirgo*

*Quæ puerum hunc salua uirginitate paris,*

*Quam docuit sensus arcanos missus ab alto*

*Angelus, at potius spiritus ille sacer.*

*Spiritus ille tuo sacro qui pignore uentrem*

*Numine foecundum reddidit ipse suo.*

*Tu causas, inquam, memora, te Diua precamur,*

*Cur circumcidi debuit iste puer?*

*Adsis & angelicas clemens prius accipe laudes:*

*Virgo salutiferi plena fauoris aue,*

*Est*



## CILIO TRIDENTINO.

*Est Dominus tecum: super omne genus benedicta  
Foemineum, partu cum pia uirgo tuo. Amen.*

Nunc de ad futuro mihi eius fauore qui nuper natus, pastoribus apparuit, & hodie circumciscus, redemptionis humanæ arram quandam nobis exhibuit, potensq; est & sensum atq; intelligentiam mysteriorum inspirare, & uerba quibus explicentur suggerere, bono animo confusus, tractationem, sed religiosam eorum quæ in Euangelio recitata sunt, ausim tentare.

Cōplectitur autē Euāgeliū uerbis breuissimis, res duas maximas, nō oscitāter p̄tereundas. Quarū altera est Christi dñi nostri in carne quā de femine Abrahā assumpsit, iuxta legis p̄scriptū, circumcisio. Altera noīs eius germani & proprii diserta impositio. Nominis, inquā, non hominū industria, iuxta mensurā atq; æstimationē naturæ apparētis in carne inuecti ac dictati, Sed quod ante secula os Dñi nominauit, quod Angelus priusq̄ conciperetur nunciauit, quod non carnalis naturæ uires, sed potentia significaret diuinitatis, legationemq; illā nobis exponeret cuius gratia filius ille Dei altissimi de sinu Patris descendisset in hunc orbē: Vocatus est em̄ IESVS, id est, Saluator, quoniam ad hoc missus erat a Patre & uenerat, ut saluum faceret populū suum a peccatis eorū.

Quēadmodū autē nō crepundia puerilia erāt aut ociosa spectacula, q̄ primo natiuitatis suæ die Christus mundo exhibuit, ita & de circumcissione ac nomēclatura diuinissima nobis existimādū est. Quinetiā si ortus eius initia illa fuissent ab oī mysterio remota, si nihil intra se cōtinuissent arcani, nō poterat tñ ociosa esse, eius iuxta legē circumcisio cruenta, aut nominis angelico monitu facta impositio. Iam

Luce. 24

Esaię 62.

Luce 1.

Matth. 1.



ORATIO HABITA IN CON

Iam uero tāta in crepundijs illis latuit diuini cōsilij prudētia, tāta in obscura nocte claritatis diuinæ lux, tanta in apparatu humili ac cōtēpto rex maiestas, q̄tam ingenij humanū neq; intelligere satis neq; admirari sufficiat.

- Philip. 2. Nā quod formā hoīs assumpsit, cū Deus esset, quare factū existimabimus? Num quia ad eius maiestatem cōferēbat, aut p̄stantius erat in specie hoīs q̄ Dei, in forma serui q̄ dñi, huic mundo apparere & innotescere? Quis de mēs ita cēseat? Verū ideo uoluit carnē assumere peccati, ut eā a cōtagionis paternæ graui morbo sanaret. Homo fieri, ut hominem qui per peccatum uiluerat, diuinitatis suæ confortio rursus nobilitaret. sic enim Apostolorum princeps ille ait: ut nos diuinæ consortes faceret naturæ.
- Coloss. 1. Apparere in forma serui, ut de seruis reges faceret, & in regnum nos transferret gloriæ suæ. Et quod de parente secundum seculum istud humili natus est, quare committere uoluit? Non erant præstantes illustri loco positæ uirgines aut foeminae de quibus nasceretur? aut si tantus erat erga uirginē hanc amor, tantaq; gratia, non potuit eam prius magnificis exornare titulis aut potentia opumq; splendore illustrare? Potuit utiq; sed infirma mundi elegit, uolens confundere fortia: ueniebat enim potētes deponere de sede & exaltare humiles. Sic quod pauper uenit, Nū defuisse ei opes putabimus? minime: Sed cū esset diues, propter nos egenus factus est, ut nos locupletaret, ut eius inopia nos diuites essemus. In nocte uenit, quia uoluit nos eripere de potestate tenebrarū, uoluit illuminare tenebras nostras, ut popul⁹ gentiū qui ambulabat in tenebris uideret, sicut in p̄pheta dicitur, lucem magnam, & habitantibus in regione umbræ mortis
2. Petri. 1.
- Coloss. 1.
1. Cor. 1  
Luc. 1
2. Cor. 8
- Esai. 9



CILIO TRIDENTINO.

mortis lux ista oriretur. Quod autē in stabulo nascitur, Prou. 21.  
 in sordibus; inter armenta, rationem assignat Euangeli-  
 sta, quia, inquit, non erat ei locus in diuersorio. Ergone  
 is in cuius manu sunt corda filiorum hominum, officio-  
 sis alioqui erga foeminas puerperas hominibus, nō potu-  
 it tantillū inspirare sensus humani, puerperæ isti ut ces-  
 sissent hospitium? Potuit, sed quoniam nos quærebat Baruch 3.  
 atq; ad nos descendere uolebat, ibi eum nasci oportuit,  
 ubi nos eramus. At ubinā eramus? Num in stabulo ali-  
 quo, ut ppter ea descenderit in stabulū? Etiā, in stabulo  
 iacebamus animaliu, & quidē brutorū: Animales em̄, ra- Gene. 2.  
 tionis obscurata luce, per peccatum facti, & paradiso uo-  
 luptatis, quæ nobis pulcherrimum ac iucundissimū hos-  
 pitium dabat, exclusi, atq; in hunc mundum eiekti, de  
 mundo nihil feceramus præterquā stabulum animaliu.  
 Homo enim cum in honore esset non intellexit, cōpara-  
 tus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hinc Psal. 48.  
 quidam Sanctorum dicebat: Ut iumentum factus sum Psal. 72.  
 apud te. Quod ipsum uolens ille, quando uenit in hunc  
 mundum, significare, in stabulum animaliu descendit, fa- Esaia 1.  
 tores & stercola nostra non exhorrescens, ut in anima- Abacuc 3.  
 lium suorū medio agnosceretur. Quin superest & alia ra-  
 tio quare in stabulum descenderit, Nempe, uoluit ante  
 se Pastor bonus minare gregē suum, & ad pascua melio-  
 ra adducere. Quomodo enim alias impleretur quod p-  
 dixit de eo Spiritus sanctus p Prophetā: Habitabit lup⁹ Esaia 11.  
 cū agno, & pardus cū hædo accubabit. Vitulus & Leo &  
 Ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.  
 Quale uero est quod iacet in præsepio? Ioseph ille, cui cō-  
 mēdatus erat, & qui pater eius esse credebatur, non tātū Matth. 1.  
Luca 3.

B lum



ORATIO HABITA IN CON

Ium contulit in paruulū hunc impendj, ut cōparasset ei  
 saltem cunas: Nihil profecto, nihil fidelissimus ille I E  
 S V paruuli nutritius eorū quæ ad alumni sui educatio-  
 nem pertinebant neglexit, quin solliciti patrisfamilias  
 munia omnia diligenti sedulitate obibat. Sed hæc fuit  
 Christo destinata uoluntas, uoluit esse animalium suorū  
 cibus, eaq; de causa in præsepium, unde pabulū animalia  
 sumunt, reponi. Caro enim eius alijs stipulas sapit & fœ-  
 num, alijs paleas, alijs nauseam citat, alijs solidus est ci-  
 bus, alijs adeps frumēti, alijs panis angelorū: Sumunt em̄  
 & boni & mali, sorte tamē inæquali, uitæ uel interitus.

Lucæ 2. Si bruti sumus, nec rationē sequimur uitæ ducem, aut  
 si delectat nos in ignorantia Dei permanere, & asini su-  
 mus, non dijudicantes corpus Dñi, quid aliud q̄ stipulas  
 sapiat & fœnum? Si leones sumus truculenti & immites,  
 aut boues, terræ huius cultores, quid sapiat aliud q̄ paleas?  
 Sic enim scriptum: Leo & bos comedent paleas. Si er-  
 ramus cum Iudæis in solitudine, dicimus: Nauseat ani-  
 ma nostra super cibo isto leuissimo. Si paruuli sumus in  
 Christo, lac nostrum & mel nostrum est. Si adolescimus,  
 solidus est cibus, & frumentū, & adeps frumenti. Si ue-  
 ro perfecti iam sumus, panis est angelorū, habens omne  
 delectamentū, & omnem saporē suauitatis. A deo omniū  
 animalium suorū generi attemperatus est hic cibus, & p  
 cuiusq; palato unicuiq; sapit, quæ ratio est quare iaceat  
 in præsepio, tanq̄ in pabulū expositus. Iam quod ligat  
 fascijs & pannis inuoluitur, poterat forsan alicui uideri  
 ideo factum fuisse, ne tenelli artus pueri distorqueren-  
 tur: Sic em̄ solēt paruuli uinciri, & fascijs illigari, donec  
 articuli firmentur, & robur acquirat. Sed quid Christo  
 cū

Lucæ 2.

1. Cor. 11.

Esaię 65.

Num. 21.

1. Cor. 3.

Hebr. 5.

Psal. 77.

Sapi. 16.



CILIO TRIDENTINO.

cum fascijs & ligaminibus istis: qui exultauit ut gygas Psal. 18.  
 ad currendā uiam, cuius egressus a summo cœlo fuit. Ve  
 rum hi panni legis sunt uolumina, in quibus latuit, tanq̄  
 panniculis uelatus atq; obductus. Quo factū est ut Scribæ & Legisperiti Iudæorū, multa quidē de Christo, quē Io. 7. 8. 9.  
 in lege cōtineri sciebant, docere potuerint, nō autē agnos  
 scere, quoniā inuolutus illic latebat, & manet ante oculos 2. Cor. 3.  
 eorū uelamē usq; in hodiernū diem. atq; hoc est quod  
 ille dicit: Opertum est eis Euangelium: Nobis autē q̄bus 2. Cori. 4.  
 præbuit seipsum uiuum, quibus manifestatus est in car- Acto. 1.  
 ne, quibus membranas illas ut intelligeremus scripturas, 1. Tim 3  
 aperuit atq; explicuit, totus iam patet, totus apertus & Lucæ. 24  
 manifestus est. Adeo sub uelamento rerū humanarū latue  
 re cōsilij diuini arcana. Adeo iam tum ab ipsis incunabi-  
 lis Puer paruulus figuris & enigmatibus istiuscemodi  
 p̄stantissimo quodā docendi modo, nos erudiens Cathe-  
 drā tenet Magistri docentis: q̄ndem ipse est unicus ille  
 Magister noster, Legifer noster, Rex noster, & sicut no-  
 men eius sonat, Saluator noster. Esaia. 53. Hæc sunt stabuli tui,  
 præsep̄ij tui, pannorū tuorū, o Puer admirabilis, magna-  
 lia, ab oculis carnalibus abscondita. Talibus ludis, talibus  
 spectaculis, talibus crepū dñs exornatur tibi cunæ pueri  
 les. Hæc sunt Magisterij tui ad circūcisionē altioris magi-  
 sterij sacramētū erudita pludia. Hæc sunt ortus tui noc-  
 turna, sed supra solē radiātia spectacula: testibus syderi-  
 bus, testibus angelis, testib⁹ pastorib⁹, testibus aīalib⁹, in  
 stabulo ueluti in magno quopiā ac undiq; patēte teatro  
 edita. Et uere magnū theatrū, qđ oibus hoibus patet, qđ  
 innumerabiles admittit spectatores, in quod oculos su- Lucæ 2.  
 os conijciūt quotquot Dominum IESVM querunt.

B ij Ec=



ORATIO HABITA IN CON-

Ecquod aliud theatrum spectatoribus suis tam iucunda, tam læta, tam plausu atq; admiratione digna exhibeat spectacula? Quæ Schola, quæ Academia, quod Gymnasium tã docta proponat auditoribus suis enigmata? Qualis autem erat eius futura circuncisio, cuius fuit tam admirabilis natiuitas? Si hæc in nocte, qd in die: si tanta nobis die primo donata sunt, die octauo, qui mysterijs deputatur, quid putatis expectabimus? Magna profecto necesse est ut sint, quibus cõmendandis tãtus mysteriorum apparatus est præmissus. Agite igitur Patres, huc huc repurgate mentis oculos animumq; aduertite:

Math. 5. Nam qui mûdo sunt corde, Deum uidebunt, obseruemus, & quantum fas est consilia scrutemur Dei, si forte pulsantibus aperire, & quærentibus arcani quidpiam dignabitur ille reuelare.

Lucæ 11.  
Luc. 2. Audiuimus puerũ tot miraculis clarũ hodie, hoc est, octauo natiuitatis suæ die, circuncisum, & carnis quidẽ præpucium hominibus secantibus posuisse, nomen uero accepisse diuinitus impositum.

G:ne. 1. 7. Hic Christianæ Philosophiæ studiosorum hominum est, imprimis inuestigare, quidnã sibi uelit tam accurata ista temporis adnotatio. Neq; enim putandum est sine causa factum, ut circuncisio destinaretur in lege nõ quilibet dies, sed octauus. Qua in re animaduerrat quisquis est mysteriorum diuinorum cõtemplator, septem diebus uniuersum huius seculi tempus contineri. Nemo est enim qui septenis plures aut pauciores numeret dies, & non eosdem iterum atq; iterum recurrentes, ducat in orbem seu circulum quendã perpetuum atq; infinitum. Erit igitur dies extra hos septem, octauus, tempus

pus



CILIO TRIDENTINO.

pus aliud & seculum nouum, illud nimirum quod Esai  
 as præsagijt futurum: Prope est ut ueniat tēpus eius, &  
 dies eius non elongabuntur, miserebitur Dominus Ia- Esaie 14  
 cob & Israel saluabitur. Dies igitur septem prioris seculi  
 nō sunt, dies eius sed tempus iræ. Dies noui seculi, octa-  
 uus ille dies, eius tempus est miserendi, quando Israel sal-  
 uabitur. Dies septem carnalis sunt præpucij, quibus con-  
 uersati sumus in desiderijs carnis. Dies octauus, dies est  
 ille redemptionis sanctus, in quo signati sumus, tempus Ephes. 4.  
Galat. 4.  
 est regenerationis & reconciliationis, quo adoptamur in  
 filios Dei, ut clamemus Abba Pater, & signentur nomi-  
 na nostra in libro uitæ, quos antea Deus ignorabat. Sed  
 ut Iudæis, inquiet forte quispiã fuerit dies octauus my-  
 sticus, nihilne hic datur gentibus? an Iudæorū Deus tm̄  
 & non etiã gentium? Datur utiq; & gentibus is qui est Rom. 3.  
Gene. 49.  
 expectatio gentium. Verum aliter Iudæis, aliter genti-  
 bus. Nã cum haberent gentes multorū annorum præpu-  
 tia longa, & diu in incredulitate & desiderijs carnis fuiss-  
 sent conuersati, non eis post transactam hebdomadam  
 dierum in capite hebdomadæ nouæ, sicut Iudæis, sed  
 post peracta multorum annorum secula, in capite anni Actu. 14.  
 noui, imo noui seculi datur. In præteritis enim genera-  
 tionibus dimisit gentes ingredi uias suas. In quo est ui-  
 dere admirabilem Dei prouidentia. Qui cum uoluisset Ephes. 2.  
Coll 1.  
 sibi colligere ex Iudæis & gentibus populū unum, sibiq;  
 reconciliare ambos in uno corpore, tum prædicare n̄s q;  
 longe & qui prope erāt, sic aptauit, sic præfiniuit dispen-  
 sationis suæ tempora, ut uno eodemq; hoc die, populo  
 utriq; religioso, quem Iudæi, quoniam octauus erat, ex Rom. 2.  
 lege, & gentes legem non habentes, ex superstitione ue-

B iij nera



ORATIO HABITA IN CON-

nerabantur & obseruabant, utrisq; se exhiberet signaculis duobus cognoscendū, uno carnis, altero diuinitatis. Siquidem hunc diem Iano bifronti superstitiosa gentilitas dedicauerat, quem conuiujs, salutationibus, mittēdis & remittēdis strenis & ludis publicis, totū transigebāt lētū, dabant & accipiebāt munera, mutuae beneuolentiae atq; amicitiae symbola, haud secus ac si tēporis p̄teriti fastidio grauati, in nouā uitae cōditionē trāsire p̄gestirēt. Qui de re ueterū Poetarum q̄dam sic cecinit carmine:

Quidi.  
fast.

*Prospera lux oritur linguisq; animisq; fauete,  
Nunc dicenda bono sunt bona uerba die,  
Lite uacent aures insanaq; protinus absint  
Iurgia, differ opus liuida turba tuum,  
Salue festa dies, meliorq; reuertere semper,  
A populo rerum digna potente coli.*

Ioh. 15.  
Esaia. 61.

Ad quē modū gētes p̄ ignorantia ueri Dei, Iano bifronti & nihil uidenti, tribuebāt, q̄ erant solius Christi: Christus em̄ non Ianus cōciliator est animorū, oīsq; beneuolentiae in hoībus author. Hic p̄dicat, ut Propheta ait, annū placabilē Dño. Hic p̄pter testamentū uet̄ quod respicit a tergo, & nouū quod corā inspiciat in finē seculi duraturū, & qm̄ mediator est inter Deū & hoīem, bifrons poterit nō iniuria uideri, sed ob id potissimū, qd̄ non est ulla creatura inuisibilis in cōspectu eius, & oculis ei⁹ oīa sint nuda & apta. Hic dat strenas & munera auro gēm̄ isq; meliora. Dedit em̄ nobis hodie e bonitatis suae thesauro strenas binas inestimabiles, q̄bus nihil p̄ciosius, nihil optabili⁹, esse possit: dedit munera duplicata eximia erga nos charitatis suae symbola. Quorū alterū p̄cioso eius sanguine notatum est naturae humanae signaculū. Alterū uero de caelo nomē allatū, signaculū diuinā naturae. Sanguine

Hebre. 4  
7. 9.  
Hebre. 4



## CILIO TRIDENTINO.

autē eius qd̄ preciosius? Noīe suo exhibuit nobis æter-  
næ salutis sp̄c̄, nec em̄ aliud sub cœlo datū est nomen hoī. Petr. 2.  
bus in quo oporteat nos saluos fieri, & felicē æternitatis Acto. 4.  
annū auspiciari. Salute autem æterna quid optabilius?

Circuncisiōis character humanæ illius carnis, quæ p̄ re-  
demptione ḡnis humani uenit ab Abrahamā, est signum, da Genes. 22  
tum non solis Iudæis, sed & gentibus, ut p̄missio imple-  
retur, In semine tuo b̄ndicentur om̄es gentes terræ. De  
quorum numero nos utiq; eramus, alioq; perituri nisi be-  
nedictio p̄missa ad gentes quoq; p̄tinuisset, quo maior  
est causa ut signum læti agnoscamus, nobisq; felicitatem  
illā gratulemur. Datū est autē in sanguine q̄ lauat a p̄c̄t̄is,  
& arca est p̄pitiatiōis illi<sup>9</sup>, quā facere decreuerat in cruce.

Nomen IESVS tam benignitatis q̄ potentia eius diui-  
næ est signum, p̄c̄t̄or̄ibus om̄ibus datum: uocatus est em̄  
IESVS, q̄a ueniebat saluū facere populū suū a p̄c̄t̄is eorū. Matth. 2.  
qd̄ aut̄ tā benignū est, q̄ sua ipsorū culpa p̄cuntium ubi in Osce. 13  
dignatiōis & iræ iusta causa dabat, misereri: Et q̄ maior  
sit potentia q̄ peccati uincula soluere, a diaboli tyrānide  
liberare, a morte æterna quē saluare? Atq; hoc q̄s possit  
nisi sol<sup>9</sup> Deus: qd̄ uero miseris nobis tā necessariū, q̄ cō- Lucæ 5.  
dolentē eundēq; saluātem habere IESVM? Agnoscere er-  
go & istud quoq; signū, tantoꝝ gaudiorū nuncium, læti  
debemus, ut ex nomine ipso uerū confiteamur esse deū,  
ex circuncisiōe hoēm uerū. Vtriusq; em̄ naturæ cōfessio,  
tā est unicuiq; ad salutē necessaria, ut si q̄s alterā in Chri-  
sto p̄imat, totus excidat a Christo toto, nec habeat un-  
de possit ei Christus p̄desse: Etem̄ q̄ humanā ei naturā  
detrahunt, sacrificio se exuunt p̄pitiationis. Quod dabit  
em̄ p̄ se sacrificiū, aut quē sanguinē libabit Manichæus,  
qui



ORATIO HABITA IN CON

qui imaginem ac similitudinem gessisse hominis, nō natura perfide contendit: Quod Valentinus, qui corpus ei affingit cœleste: Quod Apollinaris, qui humanam in diuinā transisse fabulatur: An sanguinem hircorum, thaurorum aut uitulorum: Sed impossibile est sanguine hircorum aut thaurorum auferri peccata. An sanguinē porcorum: sed is sanguine hircorum est corruptior. Nobis uero quæ uerum ipsum confitemur hominē, factus est propitiatio pro peccatis nostris. Ad eundē modū qui diuinā ei naturā blasphema uoce auferūt, Iudæi, Ethnici, Machometani, quod habeant nomē in quo sit peccatorum remissio, & quo salui fiant: Nullum profecto, nomine IESU sublato. Nō est enim aliud nomen sub cœlo datū hominibus in quō oporteat nos saluos fieri. Soli itaque de Christo recte sentiunt, qui & hominē ipsum & Deum esse cōfitentur Atque hoc est quod Apostolus ille Christo præ cæteris dilectus ait: Omnis spiritus qui confitetur IESUM Christum in carne uenisse, ex Deo est. Et rursus: Quisquis confessus fuerit, quoniā IESVS est filius Dei, Deus in eo manet. Quæ duo ut non cōpugnent ipse fecit, per quæ magno eoque inscrutabili miraculo in uno ac solo Christo consentiunt. Quod in Spiritu sancto fore præuidēs Esaias ait: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: Paruulum a filio hæctenus in eodem Christo fecerunt, quod Paruulus sit natus, nimirum ex Maria uirgine, filius uero datus nimirum, a Patre cœlesti, qui ipsum ab æterno genuit. Et tamen idem interim est Christus, qui & paruulus est & filius. Tantorum sunt duo ista huius diei signacula mysteriorum symbola, quæ tamen nulla sint nisi plurima, nec nisi inferiora adhuc restent. Pro re nata

Hebr. 10.

a. Ioh. 2.

Actu. 4.

1. Ioh. 4.

Esaias 9.



CILIO TRIDENTINO.

nata igitur cōuenientissimum ac pulchrū, erat utriusq;  
 signaculi uim & causas quidq; portenderent altiori ori-  
 gine exponere. Quod tamen hoc ipsum, quū mihi per  
 temporis angustiam nō pmitti, probe satis intelligā, &  
 cernā uix de alterutro differendi facultatē superesse, ar-  
 bitratus sum me non absre facturū, si Circūcisionis tan-  
 tum modo sacramentū pertractē, ut cuius ratio nō tam  
 multis perspecta est quam exosculandi illius & amabilis  
 ac benedicti nominis IESV, quod omnium piorū ore,  
 nobis etiā tacentibus, celebratur: Illud est enim nomen  
 quod est supra omne nomen, ad cuius appellationē omne  
 genu flectit, cœlestium, terrestriū & infernōrū. Nomē in  
 quo q̄ benedictus est sup̄ terram, ut Propheta ait, bene-  
 dicetur in Deo, quo nemo potest eū appellare nisi in spi-  
 ritu sancto: Nomē est ad quod mitescunt feræ, fiunt in-  
 noxi serpētes, Dæmones eñciunt, linguis loquimur no-  
 uis, & omnis generis morbi curant, propter quod pro-  
 pitiat Deus cunctis iniquitatibus nostris, in quo quic-  
 quid petierimus dabitur nobis. In Sūma: Omnis qui in-  
 uocauerit nomen dñi saluus erit. Quam tantā eius uim  
 admiratus David, carmine ipsum tali celebrat, Domine  
 inquit, Dñs noster, quam admirabile est nomen tuum  
 in uniuersa terra, cum pridē in Iudæa tantum notus fuis-  
 set Deus, & in Israel magnū nomen eius. Illo itaq; noīe  
 uobis alioqui satis cōmendato, & piorū omniū cordibus  
 impresso, ad Circūcisionis mysteriū explicandum me  
 cōuerto, cuius originē tradit Moyses in Genesi fuisse ta-  
 lem: Cum Hebræus Abram iubenti Deo ut de terra &  
 cognatione sua in regionē aliam quam ei demōstrabat  
 proficisceretur, incunctāter paruisset, eidemq; promit-

Philip. 2.

Esaiæ 65

1. Cor. 12.

Marc. 16

Psal. 102

Ioha. 16.

Iohelis 2.

Psal. 8.

Psal. 75.

Gene. 12.

C tenti



ORATIO HABAIT IN CON

tenti sibi iā p̄ aetate effoeto posteritatē non magis q̄ stel-  
 lae coeli aut sint arenae maris numerabilē absq; dubitatio-  
 ne fidē habuisset, eaq; de causa iustitiae laudē fuisse p̄-  
 meritus, multis p̄specta modis eius obedientia, fide, con-  
 stantia ac iustitia, uoluit Deus semen eius ab impiorū se-  
 mine signaculo aliquo discretū, quo originis suae pater-  
 naeque uirtutis admonita posteritas, eius quoque studeret  
 aemula esse, quā obrem mutato noīe eius Abrā in Abra-  
 hā, eo quod esset futurus multarū gentiū pater, iussit ut  
 se cū familia omī, lege sempiterna circūcideret. Quod in-  
 stitutū ab eo ceptū, p̄ omnē adeo posteritatē inualuit, ut  
 nemo ueterū legat̄ eius neglecti causa fuisse reprehēsus,  
 p̄ter unū Moysen, cui reuertēti a Madianitis in Aegyptū  
 Exodi 4 cū Sephora uxore, angelus mortē interminabat, p̄pterea  
 quod filiū suū nō dum circuncidessit. Quo cōspecto puel-  
 li mater, ingenti correpta metu, ilico filiū petra acuta cir-  
 cuncidit, p̄uolutaque ad Moysi pedes ait: Sponsus sangui-  
 nū tu mihi es, & dimisit eū, ob circūcisionē ut ait scriptu-  
 ra: Adeo ab ea tanq̄ crudeli atq; inhumana lege pietas ma-  
 terna abhorrebat. Quinetiā q̄to cū cruciatu fiat Circun-  
 cisiō, si non experientia, posset uel ab eo cognosci, q̄d cū  
 Emor & Sychē, ut habet Geneseos historia, Principes,  
 Genes. 34 cū uniuerso ciuitatis suae populo, a filijs Iacob dolose p̄-  
 suasi se circuncidissent, tertio circuncisionis die Symeō  
 & Leui cū modica familia in ciuitatē irruentes, totā mul-  
 titudinē, q̄ defendere se ob doloris uehementiā nō pote-  
 rat, p̄pter stuprū sorori suae Dynae illatū, trucidarunt. Ni-  
 hilo tñ minus Hebraei, q̄uis dura, crudelis atq; inhumana  
 circuncisionis lex illa uiderēt, & a ceteris Patrū suorū  
 traditiōibus leuiter admodū nec infrequenter deflecte-  
 rent, tñ, siue gloria stirpis de q̄ supbiebāt, siue p̄missorū



CILIO TRIDENTINO.

diuinorum magnitudine, siue religione ducti (senserunt enim ac tradiderunt eorum quodam ritui mysterium inesse) eius admodum tenaces ac patientes erant, cruciatus illos non modo contententes, uerum etiam ducentes sibi gloriosos, gentesque reliquas uelut immundas, aspernati, sibi solis mirifice placebant. Cuius rei admiratio cepit & Aegyptiorum Mystas illos qui in ueneratione principalia religionis opinione habebant, & quum ad eos Sacramentum istud non proprie pertineret, Hebraeorum Simia facti, a quibus plurima mutuabant, se quoque circumcidebant, & neque ad literas sacras illas quas Hieroglyphicas appellat ad discendas, neque ad Astrologiam aut Geneseos, qua nihil diuinius ducebant, cognitionem, quenquam admittebant, nisi prius circumcisum. Et nemo apud eos hierophates, nemo sacrorum Mysta, nemo uates, aruspex, genethliacus, coeli aut inferorum conscius existimabatur, nisi fuisset circumcisus. Quinetiam Arabum, Phenicum & Aethiopum quosdam Sacerdotes, memorant idem sequutos exemplum, circumcisionis se caractere iniciasse. Quo factum est, ut circumcisio quae fuerat Hebraeis insigne religionis, Aegyptiis, Arabibus & Phenicibus, facta sit superstitionis insigne. Non nouum tamen hoc, quum ita soleat impietas pietatem mentiri, & angelus Sathanæ se transfigurare in angelum lucis.

Atque haec est Circumcisionis illius origo, causa & progressus ad Christum usque, in quo benedicendus erat non unus Genes. 22 Hebraeorum populus, sed omnes gentes terrae. Non enim per Abrahamum aut eius circumcisionem benedictio promissa expectabatur, sed per semen eius. Semen autem promissum & per Galat. 3 uirginem redditum erat Christus, in quo carnalis ista circumcisio in multo prestantiore conuersa est: Enim uero Christus cum Deus esset & homo, accipiens in humana sua carne



ORATIO HABITA IN CON-

circuncisionē carnalem, transtulit eā in spiritualem, qua electos suos ad quos promissio Abrahæ facta ptinebat, signaret. Non quidē signo aliquo carni mortali impresso, quā habent bonicū malis communem, & in qua caractere eodē signari poterant etiam reprobi, nihilo propter signaculum illud futuri meliores, sed in anima, in qua non nisi germani Abrahæ filij & electi dei signant, infallibili illo spiritus caractere, qui nos meliores efficiat ac Deo probet. De quo Apostolus ait: Firmum fundamentū Dei stat habens signaculū hoc. Cognouit Dñs qui sunt eius, & discedat ab iniquitate om̄is qui inuocat nomē Domini. Inuocamus quidē quotquot in ipsū credimus nomen Dñi, sed signaculum Spiritus habent qui circunciderunt se ab iniquitate, hos discernit & cognoscit, qui scrutator est cordiū Deus, ad hos pertinet pactū illud æternum, hoc est firmū fundamentum Dei, quod stat & stabit. Ad quā circuncisionem spiritualem referuntur oīa quæ de carnali illa Moyses scripsit: fuerunt em̄ istius umbræ quædam & imagines. Sed quoniā Iudæus doctrinā hanc ueritatis non recipit, & literæ affixus, errare nos arbitratur, ne res dubias uideamur iactare pro certis, ante ex ipsamet lege, cui innititur, uenit ille nobis cōfutandus ac redarguēdus, quā probemus om̄ia ueris circuncisionis iura huc esse translata. Age igitur si rogemus Iudæum causam, quur iusserit Deus p̄pucium circuncidi, q̄d amputari absq; cruciatu magno nō poterat: Nā p̄suasum utrinq; esse debet Deū nō sine causa & frustra graue aliqd in hoiēs statuere. Si natura uitiosum erat, adeoq; Deo inuisum, quare creauit? Si nō erat inuisum Deo, nec molestū homini aut natura malū, q̄re iussit

sit



CILIO TRIDENTINO.

fit amputare? Si quæ superfluū erat auferri uoluit, uidebitur miserorū cruciatu suū errorē (si ita fas sit de Deo loq) uoluisse emē dare. Ipse em̄ fecit nos & nō nos ipsi. Aut si alia p sal. 99. quæpiā causa suberat ad Deū nō ptinens: Nunquid de p̄ puc̄is cura est Deo? Hic q̄d ille respondeat, nisi datam fuisse circumcisionē in foederis diuini signū, quo populus Deo dedicatus a reliq̄s gentibus ipsum nō agnosceretibus, nec cultui eius mancipatis, secerneret. Verū id quidē, & satis cōueniebat Iudæorū populum rudem, notis eiusce modi signari. Sed non istud quærebatur. Danda erat ratio, quare discernendo populo suo, Deus signo isto & nō potius alio quopiā uoluit uti, quo uidelicet, tam dignū Deo signaculū istud fuisse appareat, q̄ cōueniebat Iudæos eo notari. Quæ nisi de studiosis illis, qui facta diuina admirant, eorumq; rationes p̄uestigant, ne utiq̄ fiet satis, q̄netiam uidebitur hæc ipsa lex cū decoro naturæ decentissimo & rationis iudicio pugnare. Dicēt em̄ Ethnici: Sic nō habebat Deus uester, quē oīpotentem & sapientē esse dicitis, in corpore humano locū aliū, ubi religionis & pacti sui characterē locaret, nisi in uerecūdaꝝ partiu, quas natura uelauit, circūcisione? Quale itē sit rogabunt, æternū Dei testamentū ista corporis parte recōditū circūferre? & quale deniq; ob resectā cutis particulā, q̄ neq; bonū neq; malū alioq; hoīem reddat, circūcisum nō circūciso ducere meliorē & hūc illi p̄ferre uel posthabere?

Hic mutus erit Iudæus, nec poterit legis quam p̄fiteri dare rationē, nisi cōfiteatur nobiscum, circūcisione illa carnali, circūcisione aliam, Deo dignam & q̄ hoīem uere sanctificet adumbrari: cui significāda, nō q̄libet alia corporis pars, sed tm̄ pudēda ista, sit apta. Quāq̄ huc adige



ORATIO HABITA IN CON-

tur, nō ista tm̄ ratiocinatione, succurrunt em̄ ipsa etiam  
lex & Prophetæ, quorū authoritas maius pōdus habet.

Leuit. 26 In Leuitico ait Dñs: Ambulabo cōtra eos (de Iudæis carne utiq; circuncisis loquit̄) & inducā eos in terrā hostilē, donec erubescat incircūcisa mens eorū. Audimus hic circuncisionē potiorē mentis. Mens aut̄ circuncidi nisi spiritaliter quō queat. Similis est in Deuteron̄. locus, ubi ad circuncisos iā carne Iudæos Moyses ait: Circūcidet Dñs

Deut. 30 Deus tuus cor tuum & cor seminis tui, ut diligas Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua. Si in p̄puciū circuncisione cōquiescendū existimauit Moyses, qđ circuncisionē cordis, ex Dei noīe, ihs qui circuncisi iā sunt p̄mittit. Luculēter itaq; hic apparet nō modo, quod demonstrandū nobis erat, circuncisionē qđā esse spiritualē, carnali ista p̄stantiorē: uerū etiā & hoc, quod illa sit, quā uelit potissimū & exigat Deus. Idē est uidere & in alio Deuteron̄. loco, ubi Deus ait: Circūcidite igit̄ p̄puciū cordis uestri, & ceruicē uestrā ne induret is ampli-

Deut. 10 us. En & cor ipsum hoīs, ad quod nulla manus p̄tingit, p̄terq; Dei, habet p̄putiū quod circūcidatur: sed sp̄uale: quod nisi circūcidimus, nō proderit carnē habere circūcisam. Quorsum igitur gloriatur Iudæus in figura, in umbra, in signis, si hæc est ueritas? Quorsum p̄putiū sui decurtationē iactabit, si p̄stantior, si sanctior, & Deo gratior est circūcisio cordis? Pleni sunt rez̄ istarū prophetæ, quorū agmen lōgum, si causa posceret, huc possem adducere. Sed apud uos P. sanctiss. id arbitror in re tam manifesta fore superuacuum.

At dum Iudæorū p̄sequor stoliditatē, uidear forsan alicui ip̄e imegisse, & laqueos mihi innexuisse unde nō  
extria



CILIO TRIDENTINO

extricer. Nam si figura est & umbra Circuncisio, quid tantopere Christū in carne circuncisum p̄dico & extol-  
 lo: Neutiq̄ uero stringor hoc modo, qui Christi circun- Esai. 9  
 cisio n̄ aliter q̄ suam Iudæus magnifico: Non enim sibi  
 circuncisus est Christus, sicut Iudæi, sed nobis, quibus &  
 natus & datus est. sed nec ideo quod putaret cū Iudæis,  
 præputium omne natura immundū coram Deo esse, aut  
 carnis mutilationē uirtutē esse Deo gratam atq; acceptā.  
 Sed ideo circuncisio n̄ accepit, ut figurālē illam transfer-  
 ret in spiritualē, ueram circuncisio n̄. Ideo sub umbram  
 hanc descendit, ut ea discussa rem ipsam in luce nobis ex-  
 hiberet. Præter quā utilitatē profuit nobis & alias Chri-  
 sti circuncisio multis modis. Primū em̄ mortalibus oī-  
 bus cōprobauit se carnem ueram & nostri similē assum-  
 pisse, qui uoluit nos sibi in unum corpus, in quo omnes Hebre 2  
 seruaret, cōcorporare. Deinde uoluit fratribus suis secū-  
 dum carnē, Iudæis inquā, ne quā illis offensiōis causam  
 præberet, per omnia assimilari. Et qui nō postremus est  
 eius fructus, liberauit nos a dura circuncisio nis lege, cir-  
 cuncisus ipse pro nobis. Misit enim Deus filium suum fa- Galat. 4.  
 ctum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege  
 erāt redimeret, ut adoptionē filioꝝ Dei recipemus. Sed  
 qui potuit isthuc fieri: Num legem, ut nos liberos ab ea  
 redderet, destruxit: Minime. sed p̄ nobis impleuit. Pro Math 5  
 nobis aut̄ implere quō potuit id qd̄ ut ipsi nos p̄stemus,  
 lex exigit & requirit: Sic em̄ habet mādatū Dei: Mascu-  
 lus cuius p̄pucij caro circuncisa nō fuerit, delebitur aīa Gene. 17  
 illa de populo suo. Et iterū: Erit aut̄ pactū meū in carne  
 uestra in foedus æternū. In uestra, inqt̄ carne, nō aliena.  
 Multis sane (qb̄ rōnē caro absorbuīt) p̄buere hæc uerba  
 cau



ORATIO HABITA IN CON

causam ruinae, qui æternum illud Dei testamētum ad suam ipsorum carnem referentes, tam grandi rege moli, tam fragile ac uile substrauerunt fundamentum. Quales fuerunt Iudæi, qui propter hanc legem legem Christi etiamnum auersantur. Quales item Ebionitæ, qui cum Christum recepissent, suaque omnia ad pedes apostolorum posuissent, propter hæc legis uerba, retro reuersi ac circumcisi, a Christo exciderunt. Sic Cherintus. Sic pseudoapostoli. Sic ad tempus Galathæ. Sic Mahumet, & cum eo gentes innumeræ a Christo recessere, quibus persuasum erat, suam esse carnem pro qua tanta polliceretur Deus, & de illa dictum esse, Pactum meum erit in carne uestra in æternum. Heu carneas & cœcas hominum istorum mentes, & stupida crassaque ingenia. Itane mortales de potente sua carne gloriari? Itane Dei & creatoris sui pacta gratuita carnis suæ merito adscribere, & quidem carnis illi particulæ quæ pudenda prorsus atque indigna sit. Quid est autem omnis caro nisi fœnum, nisi puluis, nisi lutum? & huius scilicet uilior particula digna æstimabitur pro qua paciscatur Deus homini immortalitatē? Quanta est indignitas opinari, tam uilibus Deum addictum esse rebus? Alia, o cæci, alia est caro pro qua pactus est nobis Deus æternitatem. Hæc est unigeniti eius caro, qui nobis natus, datus & circumciscus est, idemque est masculus ille in quo circumcidimur omnes. Quemadmodum enim quod Abraham dictum est, In femine tuo benedicentur omnes gentes terræ, non potest ad eos omnes qui ab Abraham descenderunt referri. nec enim dicit scriptura, In seminibus, quasi in multis, sed, in femine tuo, quasi in uno; hic unus autem est Christus, Ita quod eidem dicitur: Et

Epiphanius in  
Hæresi  
Ebionitarum.  
Gal. 3.5.

Esaie 40  
Psal. 102.  
Esaie 64

Gene. 22.

Galat. 3.  
Gene. 17.



CILIO TRIDENTINO.

Et erit pactum meum in carne uestra. non ad unumquē  
libet Iudæum referri potest, nec de multis, sed de carne  
una pronūciat Deus. Hæc aut una caro, o Iudæi, est Chri-  
stus, de carne uestra ex semine Abraham natus: qui idē  
& caro nostra est. quotquot enim in ipso baptizati su-  
mus, unum sumus cum illo corpus, & membra de mem-  
bro, de carnibus, & de ossibus eius. Illo ergo circumciso, 1. Cor. 12  
simul intelliguntur circumcisi quotquot in eo existunt. Eph. 5  
Quam carnem unā & Masculum unum Colossensibus Coloss. 2  
indicans is qui aliquando raptus fuit in tertium coelum,  
In Christo, inquit, circumcisi estis, circumcissione non ma-  
nufactæ, in expoliatione corporis carnis, sed in circumci-  
sione Christi, consepulti ei per baptismum. Itaq; iam nō Coloss. 3  
est masculus & foemina, gentilis & Iudæus, circumcisio &  
præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia  
& in omnibus Christus. In quo neq; circumcisio aliquid Galat. 5  
ualet, neq; præputium: sed noua creatura, sed fides quæ  
per dilectionem operatur. Non enim qui in manifesto, Roma. 2  
hic Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne fit, circun-  
cisio est: sed qui in abscondito, Iudæus est, & circumcisio  
cordis, in spiritu, non litera, cuius laus non ex homini-  
bus, sed ex Deo est. Enimvero non magni meriti res co-  
ram Deo est, carnem circumferre mutilatam: Cordis &  
animæ uicia amputasse, illa demum præclara est & Deo  
grata circumcisio. Hæc est quam Legislator uolebat atq;  
intendebat, ad hanc inuitat nos Christus infantulus, cir-  
cuncissione sacrosanctæ carnis suæ. Hanc docuerunt A-  
postoli, præfagierunt futurā, atq; etiam suo exegerūt tpe  
Prophetæ, Patriarchæ & iusti uiri olim in carne sua ad-  
umbrarunt, pulchra & accurata ratione, quæ pars homi-  
nis,

D

nis,



## ORATIO HABITA IN CON

nis, quo ordine, qua aetate, quo cultro, & quo modo circuncidi debeat, præscribentes. Quomodo enim non numeris omnibus traderetur absolutum, quod ex Dei ipsius gerebatur præscripto?

Et quidem quæ pars hominis circuncidi debeat, in præputii carne intelligitur. Non enim præcepit Deus præcideri ungues, aut capillos uel barbam abradere, res quas excernit ipsa natura: non enim corporis solida membra, sine quibus non potest homo integer consistere, sed congenita nobis præputia, naturæ quidem sui amantissimæ chara, pudenda tamen. Quæ quoniam carne constant & sanguine, non absque cruciatu reuelluntur, tamen si abundare in corpore humano, nec admodum ei necessaria esse uideantur. Quæ figura significat Deus, uicia illa pudenda, in quæ ferimur ab ipsa adolescentia, ac per omnem ætatem adeo proclives, quæque radices iam in ipsis nostris uisceribus egere, nec possunt, nisi naturæ cui congenita sunt reluctantem, & acerbo cum dolore extirpari, circuncidenda tamen esse, modo uelimus inter filios Dei computari. Qualis est concupiscentiæ ueneriæ impetus, superbiæ malum, ambitionis pestis, studium auariciæ, luxus, odium, inuidia, & id genus morbi carnis, qui etsi tenaciter adeo deprauatæ inhæreant naturæ, ut extirpari & sanari, nisi uim nobis inferamus, uix queant: tamen nemo defendit, nemo non improbat, utpote pudenda & uerecunde, quæ tum uis corruptos homines delectet naturæque adblandiant, tegenda. Atque hæc talia, cui non merito uideantur quædam esse præputia: & quidem cordis præputia, unde

exeūt



CILIO TRIDENTINO.

exeūt, ut ueritas ipsa nos docuit, cogitatiōes immūdæ, Matth. 15  
Genes. 6  
quæ coinquinant hominē. Et prauum est cor hominis,  
prorumque sicut apud Moysen Dominus ipse conque Leuit. 26  
ritur, ab adolescentia sua in malum. Quamquam Scri-  
ptura sacra eadem illa uicia tribuit etiam menti, iubet =  
que & hanc circuncidere, ideo forte quod mens uideat =  
tur in corde suam habere sedem.

Legimus in Hieremia & aurium circuncisione opus Hiere. 6  
esse. Sic enim ait: Cui loquar, & quem contestabor ut  
audiat? Ecce incircuncisæ sunt aures eorum, audire  
non possunt. Moyses querabatur se labijs esse incir-  
cisum. Et quemadmodum circuncidere oportet, men- Exod. 4  
tem, cor, aures, labia, sic fortassis & manus, & pedes, &  
oculi, & nares habent quod circuncidatur. Labia qui Psal. ii  
Ephes. 5  
dem ne loquantur dolum in corde & corde, detracti-  
ones, turpiloquia, & ea quæ nec nominari uult inter i. Cor. 15  
fratres Apostolos. Aures, ne adulatoribus, calumniæ  
toribus, aut colloquijs eorum prauis, qui animas cor-  
rumpunt, auscultent, sed potius uerbo Dei.

Oculi, ne uideant uanitates, & sint pleni concupiscen- 2 Petri 2  
tjs, sed simplices sicut columbarum. Gustus, a cra-  
pula, ebrietate, & gulæ irritamentis, ne fiat homini Philip 3  
suus uenter deus, & tanquam crucis Christi inimicus  
ab Apostolo deploretur.

Manus, ne muneribus, sanguine, rapina aut iniquitate  
ulla polluantur. Pedes, a lapsu, ne gradientur uia du-  
plici, sed in uia currant mandatorum Dei.

D ij Tot



ORATIO HABAIT IN CON

Tot sunt hominis partes quæ circuncisionē requirant. Quamquam interim uerū est, Corde bene circunciso, totum satis hominem circuncisum esse.

Ordinem adhuc quendam in circuncisione seruandū esse, Abraham suo nos docet exemplo: Siquidem is prior seipsum, deinde Ismaelem filiū suum, postea uernaculos, postremo emptitios & aduenas circuncidit. Se quidē non impuritatis ullius p̄scindendæ causa, sed p̄pter exemplum, quippe qui iam iustitiæ laudē a Deo fuerat adeptus. Iam audierat: Ego protector tuus Abrahā & merces tua magna nimis. Benedicā benedicientibus te, & maledicentibus tibi maledicam, & iam quarto acceperat de posteritate, de Christo, de Chananaeorū fertilissima amplissimaq; regione possidenda promissionē. Nihilominus, quamuis iustus, rectus, Deo charus & annosus esset, debuit Pater multarū gentium futurus, priusquam promissionis filium Isaac generaret ipse circūcidi. Quid hoc sibi uult P. R. aliud, nisi quod in Ecclesia Dei oporteat primo ipsos Abrahāmos, ipsos Patresfamilias, qui alios circuncidant, circūcidi, saltē in exemplum: quanto uero magis si habeant ipsimet, quod circuncisionē requirat: Videlicet ne audiant: In quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Neq; eū Isaac nascitur nisi de parente circunciso, nec Ecclesiarū Patres, bonos Christo generant filios, nisi fuerint ipsi circūcisi priores. Sic eū aiūt, Plus ualere exemplum bonum quam leges bonas. Circūciso Parente mox Ismael filius circūciditur, primus post Patremfamilias in domo. Et quis primus in Ecclesia post Ecclesiæ Patres est, nisi clerus in sortem Domini electus & adscitus: Quem sequuntur tanquam uernaculi

Gene. 15

Rom. 4

Gene. 12

Rom. 2

G. n. 21

Gene. 17



## CILIO TRIDENTINO,

culi populus fidelium, ciues sanctorum & domestici Dei. Ephes. 2  
Post uernaculos tardius circumcisionem admittunt ser-  
ui emptitij illi, qui sua lucra in Ecclesia Christi sectantes,  
non Domino nostro IESV Christo seruiunt, sed suæ cu- Rom. 16  
piditati, suo uentri. Postremi ueniunt aduenæ, qui in  
Ecclesiam de regione tenebrarum sero pene reuersi, pœni-  
tentia castigatione se ueriori circunciduntur. Hoc ordi-  
ne circuncidit Abraham domum suam, & hic ordo est,  
quem in Abrahamo Deus Ecclesiae præscripsit, quem  
peruerrere si quis adnitatur, nihil egerit aliud quam ut  
cum natura pugnare & Dei ordinationem infringere uolu-  
isse, uideatur. Interim tamen prætereundum non est, si  
quidem uelimus sacrae scripturae candidi & non iniqui  
interpretes haberi, Quod Abraham gentis Pater, non a  
filio, non a uernaculis, nec a seruis, aut alienigenis circū-  
ciditur, sed sua ipsius propria uoluntate & manu. Nosse  
enim oportet, non permissum, nedum iniunctum, mi-  
noribus, ut negocium sibi sumant aut libidine ferantur ma-  
iores suos circuncidendi, ut sicut Chā ille, naturæ reue-  
rentia deposita, parentum suorum uerenda nudata fra-  
tribus ostendat, quos certa maledictio apud Deum ma-  
net. Sed debet Abraham a seipso, non ab alio quouis mi-  
nore circuncidi, derisus & contemptus. Ipsiq; sese Patres  
debent ad proauorum & maiorum suorum normas &  
leges illas, quas nulla, quæ quidem a Deo sit, queat dissol-  
uere potestas, ultro componere. Et enim non datam, ne  
ipsis quidem Apostolis, esse a Deo potestatem ea quæ p-  
ædificatione sancita sunt destruendi Apostolus ipse ille z. Cor. 10  
gentium doctor in fide & ueritate nobis affirmat, pro  
quibus solis, forsitan cōseruandis, quales quales Patres  
D iij eorum



ORATIO HABITA IN CON-

eorum fuerint, poterunt minores solliciti esse & Paulos quosdam agere.

Galat. 2

Quæ uero ætas circuncisioni huic diuinæ deputetur, si libet cognoscere, En Abraham circunciditur annorū nonaginta nouem, Ismael tredecim annorum, Infans paruulus dierum octo, familia uero absq; ætatis respectu. Hoc uero qd est Patres Reuerendis. nisi quod nulli parcitur ætati, quando neq; infima circuncisionē euadit neq; suprema. Abraham qui anno nonagesimo nono superato, iam centesimum agebat, ætatis supremæ, Paruulus infimæ, Ismael & familia, mediæ gerunt imaginem.

Esaia. 65

Omnis enim ætas circuncisioni Christianæ matura est. Quod Spiritus sanctus per Prophetam significās sic Christi tempora descripsit: Non erit ibi infans dierum & senex qui nō impleuerit dies suos. Quoniam puer centū annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Adeo nemini datur ad perseuerandum in peccatis spacium ulterius, atq; hoc ipsum est, quod habet historia diuina: Statim, inquit, in ipso die, sicut præceperat ei Deus, circuncidit Abraham carnem præputij sui, & Ismaelis filij sui, & omnem domum suam.

Genes. 17

Exodi 4  
Iosues 5

Et quoniam non amputatur absq; cultro præputium, de hoc quoq; dispiciamus. In scripturis quidem, non inuenitur circuncisioni adhibitus culter alius quam petra acuta. Mirum uero, si tam acuta possit ulla fingi, quæ circuncidendo cordi, quod omnium oculorum fugit aspectum, adhibeatur. Si non extat autem talis aliqua, qua falce aut securi, cordis præputium quis amputet: Nisi forte

1. Cor. 10



CILIO TRIDENTIN O

te cōfugiendum putamus ad illam de qua scriptum est:  
 Petra autem erat Christus. Sed hæc Petra qua cote exa-  
 cuatur ut scindat, aut quomodo cultri uicem obtineat  
 Christus? Verum cessabimus mirari, ut propius Christū  
 inspexerimus, considerauerimusq; ipsum simul esse uer- <sup>Iohā. 1</sup>  
 bum illud incarnatum, uerbum, inquam, Dei, uiuum & <sup>H. br. 4</sup>  
 efficac, quouis gladio ancipiti penetrabilius, q̄ppe quod  
 ad spiritus & animæ, compagum quoq; & medullarum  
 diuisionem usq; pertingens, cordis ipsas cogitationes se-  
 cretissimas discernit, Ecquem autem cordi circuncidens  
 do gladium magis penetrabilem aut petram acutiorem  
 quæramus? Virum dicet forte quispiam. Sed quis in pos-  
 testate atq; arbitrio suo hanc petram habeat, ut ea circun-  
 cidere & se & alios quæat? Quem ad Apostolum mitto,  
 a quo audiat responsum. Ne dixeris, inquit ille, in cor- <sup>Rom. 10</sup>  
 de tuo: Quis ascendit in cœlum, id est, Christum deduce  
 re, aut quis descendit in abyssum, hoc est, Christum a <sup>Deut. 30</sup>  
 mortuis reuocare. Sed sicut dicit Scriptura: Prope est  
 uerbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc autem est uer-  
 bum fidei. Si credis enim, non opus tibi est, ut quæras  
 extra te eum qui est ubique. Intus habes Petram qua  
 circuncidaris, modo instanti ac circuncidare uolenti pa-  
 reas & acquiescas, nec uolueris obdurare cor tuum si-  
 cut illi, qui noluerunt eius audire uocem, & tentaue-  
 runt eum in deserto. Etenim est & extra te gladius <sup>Psal. 94</sup>  
 quidam spiritus, quem a Deo acceptum uersant ac strin- <sup>Hebre 3</sup>  
 gunt eius ministri, Ecclesiarum præpositi, secant, era-  
 dicant, excidunt, exterminant, ædificant, plan-  
 tant: hic est gladius ille spiritus, quod est uerbum Dei, <sup>Ephe. 6</sup>  
 quo



ORATIO HABITA IN CON-

quo gladius ille anceps uitalibus nostris infigitur, & uerbum, quo uerbum illud uiuum & efficax in te mouetur, Si exceperis & obedientia humili intromiseris gladium istum spiritus, gladius ille anceps, nempe petra illa acutissima circumagetur & permeabit tibi cor & medullas, circumcidetq; cogitationes immundas, desideria carnis, omnesque affectus prauos, ipsissima illa ac penitissima cordis præputia, Et quoniam uerbum illud instaurat uniuersa, cor mundum rursus in te creabit, & spiritum rectum renouabit in uisceribus tuis.

Pfal. 109  
Pfal. 50

Porro modum quo fieri debeat circuncisio, si quis requirat, in ipso illum inueniet nomine. Circumcircum enim ducendus est culter petrinus in orbem, ne quid residuat aut relinquatur immundi. Modicum enim fermentum totam massam corrumpit. Nisi enim labefactantis carnis uiuum ipsum culter penetret, si non pertentetur radicibus mala grauiora, sed radantur tantummodo, aut ad tempus demetantur, tanquam irritata, & plura & nocentiora quam erant resurgent, fietq; nouissimus error peior priore. Quem obrem præmissis Hieremia magno illa circuncisiois huius preconem, ipse nos monet Dominus, Circuncidamini, inquit, & auferte præputia cordium uestrorum uiri Iuda & Hierusalem, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea & succendatur, & non sit qui extinguat. Graues profecto & metuendæ sunt in circuncisiois nobis minæ istæ, non hominis, sed Dei, uoce tam terribili, intonantis, Ne forte ut ignis egrediatur inquit, & non sit qui extinguat iram. Proinde auferte, non palpate præputium, auferte & ne uelitis scalpere tantummodo, Præputium ablatum non renascitur,

Cor. 5

Hiere. 4



CILIO TRIDENTINO.

nascitur. Sic præputanda sunt mala, sic Zizania eradicanda, ne renascantur. Quo in negotio forsitan uidear cuiuspiam facere de rebus factu non possibilibus uerba inania; Siquidem donec homines erunt & uicia. Semper est inquietus aduersarius, semper circumit, ut seminet Zizania, semper quærit quos deuoret: & de parentibus circumcisis, uelimus, nolimus, nascuntur filij præputiati. Verum id quidem, sed non est propterea animo ad mala illa concedendum. Saltem si prohiberi ne redeant nõ poterunt, non inuitentur, non foucantur, non aperiantur eis ostia. Circuncisus est aliquis, non adducat præputium. Si enim quæ destruxi iterum reædifico, & rursus instauro, præuaricatorem, inquit, Apostolus me cõstituo. Semper quidem inquietus est Aduersarius, sed non proficit, nisi quando dormiunt homines, tum enim spargit inimicus homo Zizania sua. Cui periculo poterunt imo debent excubijs suis Ecclesiæ speculatores occurrere. Quid est enim Episcopus nisi speculator? & quid faciat Speculator nisi ut inuigilet? Et quod nascuntur de circumcisis incircuncisi, de ablutis & purgatis immundi, nõ uoluntate parentum piorum id fieri, sed ineuitabili naturæ corruptione, eorundẽ est quærela, unde est, ut non etiam culpa mali huius parentes quibus illud inuisum est, quique propterea ingemiscunt & dolent, perstringat. Ad quem modum, ut uestra quoq; egregia uoluntas, uestrum studium, uestraque hac in re integritas omnibus fiat perspecta Patres Reuerendissimi, non parum retulerit. Quo intelligat orbis Christianus, quodcunq; renascetur malorum per uos non stetisse. Sic uos amputasse corruptelas, sic causas excidisse malorum, sic nec

1. Petri 5  
Matth. 23

1. Cor. 7

Galat. 2  
Matth. 31

Ezech. 3

E rimu



## ORATIO HABITA IN CON

simulam, qua reuertantur, reliquisse, quasi qui nolueritis unquam ea redire. Qua sane ratione fiet, ut si non tollantur omnia, quod, ut nostra habet conditio, impossibile uidetur, uicia saltem quam minima relinquuntur, & eorum quæ uel forte relinquuntur uel renascentur, nõ sitis daturi Deo rationem, animas em̄ uestras, sicut Propheta ait, liberaueritis.

Ezech. 3  
& 33

Hæc uero uestra est uocatio, hoc officium uestrum, ad hoc estis in nomine Domini nostri IESU Christi in hac Synodo frequentissima magna religione, maximæque cum orbis totius expectatione constituti. Ad hoc nomen illud adorandum, quo nemo fuerit ad causas priuatas impune abusus, actionibus & studijs uestris prætenditis, uobisq; iure uestro bono uendicatis. Ad hoc tributa est uobis a Deo potestas non qualiscunq;, sed quæ contra ipsa etiam tartara & omnia regna mundi præualeat, diuina. Nisi uos autem, in eo authoritatis fastigio constituti, laborantem Ecclesiam, ab impuritate morum, a scabie contracta, a grauaminibus & abusibus, de quorum multitudine intollerabili publica est quærela, circunciditis & repurgatis, quem expectabimus alium hoc qui faciat, absq;, non dico Circuncisione, sed corporis totius excoriatione, & conuulsione eorum quæ hætenus permansere nobis integra? Quam obrẽ Ecclesiæ salus hodie uersatur in manibus uestris. In uos illa suspicit, fidem atq; opem uestrã implorat, & per natum ac circuncisum Dominũ uos obtestatur, ut

ne



CECILIO TRIDENTINO.

ne uelitis a negotio tam sancto, tam necessario, tantaque  
 cum laude inchoato, cessare, donec illa suo nitore restituatur.  
 Nec audire uelitis eos, qui perniciose securitate arbitrantur non admodum referre bene an male uiuatur, modo retineatur integritas doctrinae, pro qua sola iubent uos esse sollicitos: uana nimirum spe sibi persuasum habentes ita rem omnem extra periculum fore, propter promissionem Christi, Et portae inferi non praevalent aduersus eam. *Matth. 16*  
 Quid enim dicunt aliud quam Pax pax, *Hieremi. 6, 7, 8*  
 ubi non est pax: & Templum Domini, Templum Domini, quod studiis hominum prophanis ille ducit pollutum. Sic blandiebantur sibi & olim, Michea teste, Iudaei. *Miche. 3*  
 Audite haec, inquit, Principes domus Iacob, & Iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui edificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetae eius in pecunia diuinabant, & super Dominum requiescebant, dicentes: Nunquid non Dominus in medio nostrum est? Pulchrum quidem, imo & necessarium ad salutem nostram fuerit, doctrinae conseruasse integritatem: sed qui propterea securi sunt, non mihi ignorare uidetur, ob uitae corruptionem, aut integritatem illam doctrinae amitti, tradique homines iusto Dei iudicio, in sensum reprobum, aut haeresum schismatumque uolentibus turbini, uel tyrannorum & infidelium barbarae ac rabiosae oppressioni, alijue cladibus publicis, Ecclesiam, ceu diuinae iustitiae flagellis, ad supremum usque eius habitum committi.

E n̄ Quo



## ORATIO HABIAT IN CON

Quo nihil certius esse, compertum habent, qui superiorum temporum historias Ecclesiasticas, Eusebii, Theodreti similiumque perlegerunt, presentemque rerum statum circumlustrant, cum gestis maiorum componunt, & quem tandem sit habiturus exitum prudenter secum dispiciunt ac coniectant. Et fere perpetuo hæreses & schismata ex moribus corruptis natæ sunt atque inualuerunt. Sequitur enim uitæ corruptionem corruptio mentis.

*Sapient. 1* Quoniam in maleuolam animam, sicut in sacris dicitur, non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet

*Deut. 28* etiam. Quam plagam & legis ueteris transgressoribus Moyses imprecabatur, Percutiat, inquit, te Deus amentia & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris. Dignum est enim ut sole careant, quos delectat in tenebris uersari. Et unde ueniunt Spiritus uertiginis, spiritus soporis, spiritus superbix, contumeliæ, mendacix & erroris: unde tenebræ mentis, & sensus reprobis: quare perit sapientia a sapientibus, & intellectus prudentium obscuratur, nisi quia cogitationes peruersæ separant a Deo: Neque legem nouit, neque Prophetas, sed nec ipsum Christum, quem profite-

*Sapi. 7* tur, qui confidit, non auferendum a malis regnum Dei, & dandum genti facturæ iustitiæ eius. Quæ mihi propter securos illos doctrinæ fiducia dicta sunt. Quorum præposterum esse iudicium, eisque qui Ecclesiæ Christi uolunt quam optime consultum, si non potio-rem, certe non posteriorem exercendæ disciplinæ quam doctrinæ illustrande habendam rationem, ipsi probe Patres prudentissimi cernitis. Christus enim eos qui mentis & uitæ pu-

*Matth. 23* ritate



CILIO TRIDENTIN O.

ritate ipsi student inhærere, necessarijs ad recte credendũ  
 beneq; uiuendum præsidijs nunquam destituit, sed do-  
 cet, illuminat & instruit tales amplius atq; amplius indi-  
 ces, apparens ijs qui diligunt eum. At securos illos qui uo-  
 luntate eius licet agnita, uiuere peruerse non uerentur,  
 aut plectit seure, aut uelut desperatos pcul abijcit. Por-  
 ro siue irato Deo profus excidant a fide Christi, siue eo  
 propicio flagellistantum hominum castigentur, & in sta-  
 tum alium redigantur, isti qui hoc tempore doctrinæ  
 retinent integritatem, quorum certe neutrum uideri cuiq;  
 debet non e propinquo metuendum. Nam quis neget  
 Europæ tandem posse accidere, quod toti iam Asiæ atq;  
 Africæ euenisse in propatulo est? Non tamen ob id  
 sallet promissio Christi, aut peribit eius Ecclesia: Siquide  
 desertorum & Apostatarum loco, surrogabit Dominus  
 populum alium. eos uero qui permanserint constantes,  
 purgabit, castigabit ac probabit. Non enim promisit Ec-  
 clesiam suam Christus opes huius seculi, non luxum, non  
 pompas, nõ imperium, sed nec patriam certam, nisi cœ-  
 lestem. Et quid si hæc ipsa circuncidantur, si reprimatur  
 quoq; tot Sacerdotiorum insana ambitio, si non uenda-  
 tur & ematur in templo, si non tot laquei pecunijs ten-  
 dantur, si pauperum & Ecclesiam bona non distrahantur  
 in res perditas, si pro quaestu reuocetur pietas uera, num  
 propterea Ecclesiam Christi periclitaturam existimabi-  
 mus: & non potius purgatum & tanquam aurum igni pro-  
 batum iri? Quam repurgationem si uos, quod faxit Deus,  
 & exoptatissimum foret, facitis ipsi P. R. mirum quan-  
 to id gaudio tota cœlestis curia excipiet, quantamq; ac-  
 tuleritis reipublicæ Christianæ tranquillitatem: Sin autẽ

E iij purga-



ORATIO HABITA IN CON-

purgabit Deus nihilominus Ecclesiam suam, consilijs aliis, & tardantes misericordiae suae flagellis compellet tandem intrare.

Nunc Nunc igitur, nunc apprehendenda est omni-  
 Psalm. 3 bus disciplina nequando irascatur Dominus & pereatis  
 de uia iusta. Nunc petra acuta, circuncisioneq; saluta-  
 ri est opus, nequando quaeratur Dominus, Frustra per-  
 Hierc. 2 cussi filios uestros, disciplinam non receperunt. nequando  
 clamet orbis terrarum, nihil hoc Concilio actum, nihil  
 promotum, alijs opus esse Concilijs aliaq; circuncisione,  
 Nunc scandalis, nunc abusus & exemplis prauis praer-  
 putatis, nunc restitutis in sua munera, suas functiones  
 suamq; dignitatem omnium graduum ordinibus, Re-  
 stitutis in suas fundationes & origines Ecclesiis, quas ho-  
 minum infatiabilis cupiditas ministerijs, Deo & homini-  
 bus debitis, nudatas, sibi reddidit censuales, nunc uita  
 integritate ad Ecclesiae aedificationem reuocata, confun-  
 detur imprudentium hominum ignorantia, haeresesq;  
 omnes sua sponte colliquescent ac diffluent. Nunc rele-  
 uata grauaminum mole, quibus magna pars orbis se quaerit  
 oppressam, & Salomonis mitigato parumper iugo,  
 potest omnium quarelis fieri satis, & regnum David sta-  
 biliri. Alioqui uerendum ne durior, quod Deus auer-  
 tat, circuncisio, corporisq; totius excoisatio sequatur.  
 Non desunt enim maleuoli homines, qui tale quiddam  
 iam dudum uoluant ac meditentur, & si queant Ecclesiam  
 totam semel evertant. Quorum machinationes insa-  
 nas, perditas & execrabiles retinet Ecclesiae suae author,  
 custos & protector Deus, qui circuncisionem spontaneam,  
 pacificam, salutarem, in suauitate, in spiritu sancto re-  
 quirat



## CILIO TRIDENTINO

quirit & diligit, qualem Ecclesia (quæ in uos P. S. respicit) de pietate, prudentia & sollicitudine uestra paterna <sup>1. Cor. 2</sup> cupide expectat: Dei enim cooperatores estis, qui uineam suam opera uestra, ut fructuum plus afferat, purgabit, & opus bonum in uobis ceptum perficiet ac consummabit, <sup>1. Iohan. 5</sup> circuncidetq; cor uestrum & cor seminis uestri, ut diligatis Dominum Deum ex toto corde uestro. Cuius <sup>Deut. 30</sup> auxilio præsentis, difficultates omnes superabitis, etiam si totus reluctetur aut insaniat orbis. Quod præstare & ad nominis sui gloriam concedere dignetur is qui nobis natus & circuncisus, habet in manu sua corda filiorum hominum, potestq; ea dirigere in uias rectas. Amen.



























Orat  
vi

38